riorem, quæ quidem pars poſterior non eſſet ab æterno, ſiquidem priorem partem haberet; ergo eſſet æterna, & non æterna.

Reſpondeo diſtinguendo antecedens; deberet habere prius & poſterius, prioritate & poſterioritate ordinis, concedo; durationis, vel temporis, nego antecedens; & ſic nego conſequentiam; vnde nulla eſt probatio conſequentiæ aduerſarij, quia ſolum vera eſſet, quando eſſet prius & poſterius ſecundum durationem, vel tempus; Et hæc ſatis ſint de hac ſecunda parte phyſiologiæ. Ea, quæ dixi, ſecundum meum iudicium probabilitatem habent; at quia omnis homo mendax eſt, vt ait Pſalmographus, ideo omnia correptioni, & iudicio Sanctæ Matris Eccleſiæ ſubmitto; deteſtando ſi aliquid contra eam in iſto opere apposui, proteſtando non fuiſſe mentem meam aliquid contra Fidem Catholicam non ſolum dicere, aut cogitare, ſed ad Laudem Dei pro defenſione mori.

LAVS DEO.

BIBLIOTECA CHARITAS PAOLA
R I 2
BIBLIOTECA "CHARITAS"
N.I. 218
del 14/08/1936
BIBLIOTECA DEL SANTUARIO PAOLA (Cosenza)
CHA RI TAS